

Neues Archiv

der

Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde

zur

**Beförderung einer Gesamtausgabe
der Quellschriften deutscher Geschichten des Mittelalters.**

Fünfundzwanzigster Band.



Hannover und Leipzig.
Hahn'sche Buchhandlung.
1900.

XI.

Ein neuer Text
des
Apologeticum Ebonis.

Von

Albert Werminghoff.

Zu wiederholten Malen ist E. Dümmler der Thätigkeit des Erzbischofs Ebo von Reims nachgegangen: in der Geschichte des ostfränkischen Reiches hat er seiner Wirksamkeit als Politiker und Missionar gedacht; er hat Ebo's Gedichte und seinen Brief an Halitgar von Cambrai herausgegeben, und so sei es gestattet, an dieser Stelle einen bisher unbekannten Text des Apologeticum Ebonis zu veröffentlichen und zu erläutern.

Die Hs. Nouv. acq. lat. 469 der Pariser Nationalbibliothek setzt sich aus Abschriften von J. Sirmonds Hand zusammen¹. In ihr findet sich auf fol. 117—120' das aus einem Codex der Abtei Hérivaux im Sprengel von Paris entnommene Stück, dessen drei Theile Sirmond selbst im Inhaltsverzeichnis mit 'Ebonis archiepiscopi de restitutione sua', 'Lotharii imperatoris decretum de Ebonis restitutione' und 'Episcoporum provinciae gratulatio de eadem' überschrieben hat. Nicht zu entscheiden ist, ob Sirmond hierbei seiner Vorlage folgte: es wird sich erweisen, dass wir es mit einer einzigen Schrift zu thun haben. Eine zweite Frage, inwieweit Sirmond den Text der Hs. — über ihr Alter verlaudet nichts — richtig wiedergab, lässt sich nicht mehr beantworten. Im allgemeinen wird man der Copie Zutrauen schenken dürfen, zumal am Schlusse zur Angabe der Quelle die Worte 'cum codice collatum' hinzugefügt sind².

1) Vgl. L. Delisle, *Manuscripts latins et français ajoutés aux fonds des nouvelles acquisitions* (1891), 621. 2) Die Lesung der zierlich aussehenden und doch oft verschwommenen Schriftzüge Sirmonds bot manche Schwierigkeiten dar. Auch hier möchte ich Herrn L. Dorez in Paris für seine ebenso oft erbetene wie gütigst gewährte Unterstützung meinen verbindlichsten Dank sagen, weiterhin Herrn Dr. von Winterfeld, der mir bei der Textgestaltung mit seinem Rathe beistand.

[Ebonis archiepiscopi de restitutione sua.]

fol. 117.

Omnes homines imperii huius et ultra sciunt in veritate, quanta mala pro peccatis nostris creverunt in isto nostro tempore, ita ut nullus remaneret pauper nec dives homo, quem ipsa non affligeret perturbatio. Divites nullam habuerunt requiem, pauperes multam passi sunt oppressiōnem, in orphanis et viduis nulla fuit misericordia, in ecclesiis vero plurimisque aliis locis perpetrata sunt homicidia multaue incendia, et sic a multis diebus vix ullo loco dominationis huius vera servata est iustitia, dum rarissimi sunt qui de Christiana pace ullam habeant curam aut ecclesiarum Dei reverentiam. Propter quod et multi potentes expulsi sunt de patria, episcopi vero et alii sacerdotes missi in exilio atque custodia, unde et plurima in religione Christiana perpetrata sunt scelera. Hinc igitur exortae sunt inter principes irae, rixae, dissensiones atque insidiae, sicut scriptum est de ipsis, *'qui loquuntur pacem cum proximo suo, male autem in cordibus eorum'*¹. De quibus et terribilis illa divinitus prae-nuntiata iam² quasi regnat miseria³, dicente Domino de novissimo ac perituro hoc saeculo: *'Tradet autem frater fratrem in mortem et pater filium et insurgent filii in parentes'*⁴, ac cetera formidanda, quaeque rex regum et dominus dominantium de ruina iniqui mundi prae-nuntiat, ut omnes fideles suos ab amore mundano reprimat, quia scriptum est: *'Qui amicus fuerit huius mundi, inimicus Dei reputabitur'*⁵. Quibus ergo prospectis omnibus praesentibus periculis scilicet vel aeternis omnes fideles vel amicos Dei et maxime carissimos meos suadeo et hortor, ut si non melius, tamen, sicut ego talibus in angustiis secundum consilium sanctarum scripturarum feci, ita et unusquisque in tribulationibus facere non negligat, ut omne malum pro peccatis nostris divinitus promissum vel ostensum sibi poenitendo convertat in bonum, ne sicut stultus ac

*fol. 117'. reprobus *obdurato corde inter divina flagella murmurando pereat, sed magis compunctus remissionem peccatorum adquirat, quia scriptum est: *'Contritum cor et humiliatum Deus non despiciet'*⁶, et iterum: *'Nolo mortem peccatoris, sed ut convertatur et vivat'*⁷, et non sicut de stultis et reprobis dictum est fiat, dicente Domino: *'Percussi eos et non receperunt disciplinam'*⁸. Felix utique homo ille notatur, quem Deus in hac vita castigare dignatur, ne maioribus poenis servatus

1) Psalm. 27, 3. 2) 'ian' Hs. 3) corr. aus 'misericordia' Hs.
 4) Matth. 10, 21. 5) Vgl. Jacob. 4, 4. 6) Psalm. 50, 19. 7) Vgl.
 Ezech. 18, 23. 33, 11. 8) Vgl. Jerem. 2, 30.

in futuro castigetur¹, scriptura attestante, quae ait: *‘Quem enim diligit Deus corripit, flagellat autem omnem filium, quem recipit’*², dum in abundantia atque securitate multa saepe oritur malitia, id est inanis gloria, superbia, avaritia, levitas, vanitas, ebrietas, gula, crapula universaque miseriarum genera, quae in tempore bono conversa in melius homo sibi poterat adquirere sempiterna gaudia, unde desidiosus meretur tartarea tormenta. Carnalibus etenim delectationibus neglegitur amor Dei et accenditur amor mundi, cuius testimonium perhibet Dominus dicens: *‘Quia opera eius mala sunt’*³; unde et divitibus scriptura praecipitur: *‘Nolite diligere mundum neque ea, quae in mundo sunt, quia, si quis diligit mundum, non est caritas patris in eo’*⁴. Amatores quippe mundi omnesque adsentientes ei, nisi poenitentiam agunt, non solum merito flagellantur, sed etiam damnantur pariter cum mundo, unde et sanctus apostolus hoc periculum in tribulationibus cavens contribulibus suis dicit: *‘Cum autem flagellamur, a Domino corripimur, ne cum hoc mundo damnemur’*⁵. Cavenda est ergo in angustiis murmuratio et obduratio cordis, quia duobus modis contemptum suum flagellis vindicat divina vis, id est dum compunctum et poenitentem flagellis castigat, ut ad meliorem vitam revehat, perversum autem et sua in impietate permanentem sic cruciat, ut duplici malo dignus etiam poenis infernalibus traditus sine fine peiora sentiat, eo quod qui⁶ in tempore bono noluit intelligere, ut bene ageret, saltem in tempore malo correctionibus divinis adquiesceret, ne duplici damnatione praesenti et aeterna fuerit perditus qui in prosperis et adversis repertus est reus. Merito siquidem iudicatur ut impius *qui neutro in tempore sibi procuravit fieri ^{*fol. 118.} pius. *‘Qui ergo diligit iniquitatem’*, sicut scriptum est, *‘odit animam suam’*⁷, ac si aperte dicat: *‘Qui non diligit iustitiam, odit animam suam’*, quoniam victus in iniquitatibus diligit perditionem suam, id est aliud aliquid amando super creatorem vitae suae vel proximum suum non sicut se ipsum⁸, eo quod scriptum est: *‘Qui non diligit, manet in morte’*⁹, dum, sicut corpus moritur sine anima, ita et peiori morte damnatur anima perdita sui conditoris gratia. Igitur si aequitas est diligere iustitiam, id est toto corde servare cum Domino Deo atque proximo debitum statutumque dilectionis pactum, ut Deum supra se, proximum vero unus-

1) ‘servatus in futuro dignetur’ Hs. 2) Vgl. Prov. 3, 12; Hebr. 12, 6. 3) Johann. 7, 7. 4) 1. Johann. 2, 15. 5) Vgl. 1. Cor. 11, 32. 6) ‘qui’ fehlt Hs. 7) Psalm. 10, 6. 8) Vgl. Matth. 19, 19. 9) 1. Johann. 8, 14.

quisque diligat sicut se, alioquin si iniquitas esse convincitur quicquid in utroque negligitur, inimicus manifesto¹ Dei reputabitur qui verus amicus toto cordis amore non esse deprehenditur, dicente Domino: *'Qui non est mecum adversum me est'*², quia, quamquam non imitando quidem³ operibus, sed assentiendo mundi⁴ amatoribus reperti sunt, nequaquam tamen amici reputabuntur qui in alio aliquo quam in Domino gloriantur⁵.

His siquidem aliisque divinis institutionibus neglectis multiplicata sunt scelera nostra, praevalentibus hinc inde originalium vitiorum stimulis, quibus vexatur indesinenter mortalium conscientia, cum humanae fragilitatis animum superat ira, ardet invidia, extollit superbia, vexat discordia, impugnat odium, quod divinitus reputatur ut homicidium, sancto attestante apostolo: *'Qui odit fratrem suum homicida est'*⁶. Quibus reatibus lapsos⁷ praeoccupare faciem Domini in confessione⁸ nos summa necessitas compellit, quia divino testimonio convincimur, quod nemo bonus nisi solus Deus Spirituque sancto per prophetam testante: *'Omnis homo mendax'*⁹, et iterum: *'Vana locuti sunt unusquisque ad proximum suum'*¹⁰. Unde et qui diligit vanitatem quaerit utique mendacium¹¹: nequaquam ergo minimum scelus potest esse mendacium, quo postponitur Deus, decipitur proximus, perit et ipse dolosus, factus sibimet ipsi reus et impius, dum agendo et assentiendo amatoribus mundi damnabitur ut Deo contrarius vel inimicus.

Consideratis denique his formidolosissimis offensionibus

fol. 118.

divinis, a quibus et nemo excipitur mortiferis periculis^{*}, nisi solus ille et unus absque peccato natus, sacra testante scriptura: *'Omnes declinaverunt, simul inutiles facti sunt; non est qui faciat bonum, non est usque ad unum'*¹²: cunctis, quibuscumque debitor sum, sapientibus et insipientibus, suadeo evidentius, ut animadvertant, quatinus omni tempore — quanto magis in afflictionibus et angustiis — confitendo peccata sua unusquisque non minus quam ego divinam sibi non¹³ parvipendat fraternamque pro viribus placare misericordiam, dum tribus ego flagellis divinis monitus, id est ira principis rebusque omnibus ablati, insuper et aegritudine corporis, non murmurare aut litigare, sed humili satisfactione furores persequentium mitigare sanctorum patrum exemplo didici sanctoque cum Iob divinis in in-

1) 'manifesti' Hs. 2) Vgl. Luc. 11, 23. 3) 'quidam' Hs.
 4) 'mundo' Hs. 5) Vgl. 1. Cor. 1, 31; 2. Cor. 10, 17. 6) 1. Johann. 3, 15.
 7) 'lapsis' Hs. 8) Vgl. Psalm. 94, 2. 9) Psalm. 115, 11.
 10) Psalm. 11, 3. 11) Vgl. Psalm. 4, 3. 12) Rom. 3, 12. 13) 'nec' Hs.

dignationibus accusando memetipsum correptus dicere non distuli: *'Peccavi, quid faciam tibi, o custos hominum'?*¹ Itemque idcirco ipse me reprehendo et ago poenitentiam. Poenitentia quippe humilisque satisfactio non damnationem, sed reparationem semper meruit ab initio, monstrante Domino, cum publicanum humiliatum et accusantem se non condemnavit, sed potius iustificavit, de quo non dixit: *'Omnis, qui se humiliat'* condemnabitur, sed *'exaltabitur'*², meretricem insuper legalibus institutis damnandam non nisi sine peccato quemquam lapidare permisit³ et iustum non nisi in misericordia corripere Deum dicens: *'Corripiet me iustus in misericordia'*⁴. Quomodo ergo peccator peccatorem licite damnabit, si nec iustum sine misericordia corripere sinit? Semivivum quoque a latronibus⁵, id est a vitiis mortalibus prostratum, non damnandum, sed reparandum ligandi solvendique potestatem habentibus⁶ divina pietas sanctis commendavit stabulariis, quibus non tantum de pretio duorum⁷ denariorum, verum etiam de propria largitatis pietate supererogare condolendi ac reparandi copiam suasit, cum dixit: *'Quodcumque supererogaveris ego, cum rediero, reddam tibi'*⁸; sicut et in discipulis non minima divinitus manifestata est recuperabilis auctoritas, cum in passione dominica promissa, mox tamen mentita est perseverandi constantia⁹, post resurrectionem autem increpata incredulitas et stulta cordis duritia¹⁰. Negatio quoque Petri anxia non perditionem, sed remissionem meruit. In quibus *om- *fol. 119. nibus culpis corripiendi, etsi correpti, nequaquam tamen abiecti, sed potius pristinis dignitatibus restituti, viriliter postea ad mortem usque certaverunt mandata servare magistri.

Talibus quidem divinis animatus beneficiis, compunctus in supradictis delictis meis, si in prosperis legem Domini neglexi, ad ipsam in adversis compulsus redii, ita ut, si quem inlicite laesi, laedentem utique in adversis ferre decrevi, si quid alicui iniuste abstuli, auferenti omnia nequaquam restiti, sed potius sublata tunica etiam et pallium reliqui¹¹, si quondam amicos neglexi, enimvero inimicos diligere, pro persecutoribus orare non renui. Sicque satisfactione supplici furores saevientium mitigare magis quam ad peiora provocare docente Domino studui; et sicut tunc

1) Iob 7, 20. 2) Luc. 18, 14. 3) Vgl. Johann. 8, 7. 4) Psalm. 140, 5. 5) Vgl. Luc. 10, 30. 6) Vgl. Matth. 16, 19. 7) 'divinorum' Hs.; vgl. Luc. 10, 35 (v. W.). 8) Luc. 10, 35. 9) Vgl. Matth. 26, 33 sqq. 69 sqq. 10) Vgl. Matth. 28, 17; Luc. 16, 14. 11) Vgl. Matth. 5, 40.

in pressuris consilio sacerdotum tribus cum familiaribus¹ secreta conlocutione primam dominicae praedicationis illam fidelissimam arripui sententiam dicentem: *'Poenitentiam agite, appropinquavit enim regnum caelorum'*², ita et nunc, expleto septenni spatio, quo ceteris poenitentibus gravissimis de criminibus in sancta ecclesia solet celebrari remissio³, eandem conscientiam meam viris Dei fidelibus pando, quos et ad aeternum auxilium meritorum suorum praesidio suplex mihi libenter adscisco, quatinus initium devotionis meae, ne labor noster sit inanis⁴, in Domino perfectionem iuste et pie vivendo mereatur saltem in die ultimo, ita ut praeterita digne defflere merear et de praesentibus ac futuris excessibus Christo propitio cautior esse valeam. *'Dominus autem, rex noster ante saecula, qui et operatus est salutem in medio terrae'*⁵, gaudium esse angelorum in caelo publicavit super uno peccatore poenitentiam agente⁶. Quapropter periculosum est mortalibus despiciere in terris, de quibus teste tanta veritate angelos constat gaudere in caelis. Quodsi mei ultra non fuerint dominati mores noxii, credo, quod fonte lacrimarum ablutus quandoque et cum ceteris ingemiscuntibus *'observabo me ab iniquitate mea et emundabor a delicto maximo'*⁷. Non ergo ficta, sed devotissima intentione, nemine iudicante sed neque interdicante, sed universo benigno adsentiente conventu, iubente Domino pro concordia et reconciliatione fraterna hucusque reliqui munus oblationis meae⁸ *ante altare adeptam usque concordiam ecclesiasticam et tunc divino instinctu fidus veniens sategi⁹ offerre munus meum, de propriis siquidem scriptis meis quasi quadam inrevocabili mihi conscripta sententia¹⁰. Si quem aliqua scandalizet dubitatio, ecce sic adposita est eadem immutata conscriptionis forma, expressa per singula verba, ut scandalizanti fratri sufficiat, quod haec de certo crimine quemquam nullatenus accusat dicens:

*Ego¹¹ Ebo indignus episcopus, recognoscens fragilitatem meam et pondera delictorum meorum testes confessores meos, Ailfum videlicet archiepiscopum et Badaradum episcopum necnon et Modoinum

1) Es ist nicht ersichtlich, ob unter den drei 'familiaribus' die in der Verzichtsurkunde (s. u.) genannten oder die bei Flodoard, Hist. Rem. II, 20 (MG. SS. XIII, 473) erwähnten Bischöfe zu verstehen sind. Vgl. Nissl, Gerichtsstand des Clerus im fränkischen Reich (1886), 71. 77. 2) Matth. 4, 17. 3) Vgl. die MG. Cap. II, 680 s. v. poenitentia angeführten Stellen. 4) Vgl. 1. Thess. 3, 5. 5) Vgl. Psalm. 73, 12. 6) Vgl. Luc. 15, 10. 7) Psalm. 17, 24. 18, 14. 8) Vgl. Matth. 5, 24. 9) 'sategi' ergänzt durch v. W. 10) 'quaedam sententia' Hs. 11) Ueber Ueberlieferung und Drucke vgl. N. A. XXIV, 489.

episcopum¹, constitui mihi iudices delictorum meorum et puram ipsis confessionem dedi, quaerens remedium poenitendi et salutem animae meae, ut recederem ab officio et ministerio pontificali, quo me recognosco esse indignum, et alienum me reddens pro reatibus meis, in quibus me peccasse secreto ipsis confessus sum, eo scilicet modo, ut ipsi sint testes alio succedendi et consecrandi subrogandique in loco meo, qui digne praeesse et prodesse possit ecclesiae, cui hactenus indignus praefui; et ut inde nullam repetitionem aut interpellationem auctoritate canonica facere valeam, manu mea subscribens firmavi².

Nonne ego hanc conscriptionem mea ex parte inviolatam servavi? Cur ergo, si canonice esse potuit, septenni fere iam spatio transacto, ibi aliquis consecratus non fuit? Ecclesia utique ipsa, cui praefueram, pro qua et vexabar, variis pressuris affligebatur; et ipsa, iam alienis commissa visibilibus invisibilibusque hostibus laceranda, compulit me ad talia evadendi necessaria argumenta, imitabilem Dominum demonstrans, qui manus persequentium vitare volens *'abscondit se et exivit de templo'*³ sanctumque secutus Abraham, qui in periculis a praelatione uxoris suae se magis maluit excusare quam cum rapacibus avidissimis manibus litigare⁴. Praevaluit ergo plus debito repetentium multitudo quam mea solius quiescendi devotio, unde et praedicti tres consules salutis meae episcopi secuti conscientiam meam, compatiendo necessitatibus meis, communicantes hucusque debite celaverunt. Nec minus publicata haec eadem delicta in me atque correpta, gaudere restitutionem meam in diebus suis una cum ceteris **veris* fratribus nunquam cessabant. Nam talibus in pressuris necessario ista reperta sine certo crimine conscriptio non damnationis, sed ereptionis publicata merito celebratur testimonio, per quam non solum mitigata ira potentium⁵, sed etiam levigata longa hiemalis vexatio palatina fratrum, insuper confessione ac poenitentia supplici, si remissionem meruerit peccatorum, dum, sicut supra dictum est, humilis satisfactio non tantum apud Christianos, verum et apud paganos saepius recuperationem quam damnationem meruit ab initio. Ipsa enim ereptionis coacta inscriptio et non spontanea ideoque nec canonica, sed tamen devote⁶ a memetipso, quia premebat sub custodia aliena diversa afflictio, semper servata et nunquam violata dinoscitur, dum teste divina maiestate robustiorem me utilioremque⁷ virum eisdem in curis ecclesiasticis successorem esse optabam, dum offensione principis

1) Aiulf von Bourges, Badarad von Paderborn und Modoin von Autun. 2) 'Ebo quondam episcopus subscripsi' fehlt. 3) Johann. 8, 59. 4) Vgl. Genes. 20, 11 sqq. 5) corr. aus 'poenitentium' Hs. 6) 'devota' Hs. 7) 'vilioremque' Hs.

occasioneve valida infirmitatis non proficuum, sed magis noxium filiis meis ibi consistentibus esse verebar. A quibus tamen quia violenter abreptus, quorumque nec consensu sponte, sed magis coacte quamquam debite confessus, unde nec canonice absolutus, a debita repetitione ergo pro viribus nunquam cessaverunt, donec, precibus assiduis divinam exorantes clementiam, moram sibi optando parvitas meae¹ curam constantissime praevaluerunt.

Ista denique est vera intentionis meae puritas devotaque professio in pressuris, quam non tantum iam tribus confessoribus, sed omnibus Christi fidelibus notissimam esse cupio, quorumque meritis et precibus ultra profuisse debitis in negotiis me posse nequaquam dubito, memor de praeteritis praesentibusque atque futuris visibilibus invisibilibusque offensionum periculis, quamdiu fuero, fiduciam habens semper in Deo salvatore nostro. Quodsi quem supradicta conscriptio sine certo crimine formata adhuc aliquid scandalizaverit, certus sit, quod in omnibus scripturis meis me nunquam iustifico, sed magis indignum et peccatorem episcopum ubique denuntio; cui, si fas est, sufficere poterit publica prisci ritus ecclesiastici purificationis exacta quaerenti sententia, si non sufficit dominica illa definitio praefixa dicentis: *'Est est, non non'*², cui incredulo animo *fol. 120*. mox sequitur divinitus dictum: *'Quod *amplius est a malo est'*³. Adest, inquam, universis sanctae Dei ecclesiae fidelibus revocationis restitutionisque palatina illa principalis praesulum plurimorum longe lateque promulgata auctoritas:

[Lotharii imp. decretum de Ebonis restitutione.]

In⁴ nomine Domini nostri Iesu Christi Dei aeterni. Hlotharius divina ordinante providentia imperator augustus. Quia confessio delictorum non minus in adversis necessaria est quam in prosperis et contritum et humiliatum Deus non despicit⁵, gaudium esse etiam angelorum in caelo super uno peccatore poenitentiam agente⁶ non dubitamus, nos mortales in terris eos nequaquam despiciamus, pro quibus gaudere angelos in caelo divino testimonio non ignoramus. Accusantes vel reprehendentes in excessibus semetipsos divina nos benignitas non condemnare, sed recreare docuit; qui meretricem non solum a legali damnatione eripuit⁷, verum etiam publicanum humiliatum et accusantem se non condemnavit, sed magis iustificando exaltavit, qui non dixit: *'Omnis, qui se humiliat'*, non condemnabitur, sed *'exaltabitur'*⁸. Potestatem ergo, quam pro causa nostra raptus perdidisti, repetentibus ecclesiae tuae filiis, praesentibus quoque adstantibus ac decernentibus prae-

1) 'meae' ergänzt durch v. W. 2) Matth. 5, 32. 3) Vgl. ibid. 4) Ueber Ueberlieferung und Drucke vgl. N. A. XXIV, 491. Böhmer-Mühlbacher I² n. 1072. 5) Vgl. Psalm. 50, 19 (vgl. S. 364 N. 6). 6) Vgl. Luc. 15, 10 (vgl. S. 368 N. 6). 7) Vgl. Johann. 8, 7 (vgl. S. 367 N. 3). 8) Luc. 18, 14 (vgl. S. 367 N. 2).

sulibus, sedem ac dioecesim Remensis urbis tibi Eboni restituimus, ut pristino sanctae largitatis apostolicae pallio indutus concordiam atque gratiam divini officii nobiscum humili satisfactione expleta solenni nostra a largitate recipiendo exerceas. Drogo, filius Karoli gloriosi Augusti, frater Hludowici, excellentissimorum augustorum totiusque sanctae ecclesiae istorum palatinus archipraesul, sciens sine certo et manifesto crimine neminem nisi canonice vocatum publiceque convictum deponendum episcopum neque sine consensu et praesentia ecclesiae suae nullum nisi sponte confessum licite absolvendum episcopum, alioquin quasi fugitivum aut quocumque modo subductum canonice revocandum; propter quod ligandi solvendique divinitus accepta licentia pontificali *ex aucto-
ritate fratrem Remensem episcopum mundanis a pressuris eductum, repetentibus ecclesiae suae fidelibus, consensu principis nostri ceterorumque subscriptorum consacerdotum, cum pallio sanctae et apostolicae auctoritatis, divinis officiis ipso adiuvante revocamus, qui fraterna pro concordia simili satisfactione certanti veniamque suppliciter petenti potestatem sacrificandi dedit dicens: *'Et tunc veniens offeres munus tuum'*¹. Otgarius archiepiscopus. Amalwinus archiepiscopus. Heti archiepiscopus. Audax archiepiscopus. Gisbertus episcopus. Haiminus episcopus. Frotharius episcopus. Ado episcopus. Rataldus presbyter vocatus episcopus. Ioseph episcopus. Adalulfus episcopus. David episcopus. Hrodingus episcopus. Badaradus episcopus. Agano episcopus. Hartarius episcopus. Samuhel episcopus. Raambertus² episcopus. Amalricus vocatus episcopus³ cum ceteris plurimis presbyteris ac diaconis publice adstantibus. Actum in Engelenheim VIII.⁴ Kalendas Iulias regnante⁵ domno Hlothario caesare, anno reversionis eius primo, successor factus patris, indictione III⁶.

[Episcoporum gratulatio de eadem.]

Dum non est incognitum, sed a pluribus videtur esse compertum, qualiter ecclesia haec maxima Galliarum sub regno Francorum nostris perturbationibus et discordiis principum his temporibus agitur, unde et plurimi episcoporum aut vi aut timore propriis sedibus aut expulsi aut derelictis huc illuc vagantur. Inter quos etiam Ebo, archiepiscopus ecclesiae Remensis, a sede propria abreptus et ad praesentiam principum perductus est et per aliquot tempus in exilio detentus, inde reductus, praesentatus coram episcopis et, ut periculum suae instantis *damnationis evaderet et commotiones principum miti-

1) Matth. 5, 24 (vgl. S. 368 N. 8). 2) 'Haambertus' (?) Hs.
3) Ueber die Sitze der Bischöfe vgl. MG. Cap. II, 112. 4) 'IX.' Hs., die hier übereinstimmt mit dem Drucke bei Gretser, Opp. X, 694. 5) 'et imperante' fehlt Hs.

garet et se, redimendo tempus, meliori tempori reservaret, cum consilio ceterorum sacerdotali discessit ministerio, quia, ut rite fatebatur, utrumque ferre non posset, et rite ministerium suum peragere et minas discordiasque principum perferre, iubente Domino: *'Si offers munus tuum ad altare et recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid adversum te, relinque munus'*¹, et cetera. Nunc autem, quia Deus ecclesiam suam ad pacem referre videtur, ideo placuit principibus et magistris nostris episcopis, ut idem pastor ad ovile proprium revertatur et oves, quas invitus dereliquit, tuendas recipiat. Quod ego Theudoricus episcopus, sicut prius de illius discessu condolui, ita modo de eius reversione congratulor, quia saepe talia de aliis in gestis ecclesiasticis legimus, et ideo his constitutionibus, quas fratres nostri constituerunt, subscribo. Hildemannus haec ita adsentiendo similiter. Ragenarius similiter. Fulcuinus similiter. Simeon similiter. Rothadus similiter. Erponius similiter. Lupus similiter. Emmo similiter².

Als Verfasser dieser Schrift ist Ebo von Reims selbst zu bezeichnen. Sie knüpft an die beiden wichtigsten Ereignisse seines Lebens an, seine Absetzung auf der Synode zu Diedenhofen im Jahre 835 und seine Restitution im Jahre 840. Im Jahre 842 scheint sie angefertigt zu sein, zu einer Zeit also, da Ebo seine Diözese bereits wieder verlassen hatte. *'Expleto septenni spatio'*, dessen Beginn doch wohl in das Jahr 835 zu setzen ist, tritt er mit seiner Vertheidigung hervor. An einen späteren Termin zu denken ist unseres Erachtens nicht statthaft, da sonst die Frage: *'cur . . . septenni fere iam spatio transacto ibi aliquis consecratus non fuit?'* keinen Zweck hätte. Einmal nämlich ist zu beachten, dass diese Frage gleich der Urkunde von 835 sich anschliesst, sodann dass die Worte *'cur . . . ibi aliquis consecratus non fuit?'* sich nur auf die Weihe eines Erzbischofs von Reims, nicht aber eines beliebigen Suffragans beziehen können. Weder Fulko von St. Remi noch Notho, die Verwalter des Erzbisthums in den Jahren 835 bis 845, haben die bischöfliche Weihe erhalten; andererseits ist nicht anzunehmen, dass Ebo selbst mit jenen Worten seine eigenen Handlungen während des ein-

1) Matth. 5, 23. 24 (vgl. S. 368 N. 8, S. 371 N. 1). 2) Die Sitze der Unterzeichner sind Cambrai, Beauvais, Amiens, Térouanne (vgl. Schrörs, Hinkmar 27 N. 2), Laon, Soissons, Senlis, Châlons-s.-M. und Noyon.

jährigen zweiten Aufenthalts in Reims, die Wulfad von Soissons und dessen Genossen ertheilten Weißen, habe ableugnen wollen. Die Schilderung endlich der Lage des Erzstifts passt am ehesten in die ersten Jahre nach Ebo's Sturz, nicht in die Zeit, da Hinkmar mit straffer Hand die verworrenen Verhältnisse zu ordnen unternahm¹.

Innerlich bildet die Schrift eine Einheit. Der Gedankengang bewegt sich in logischer Folge, die beiden Aktenstücke gewähren einen wirksamen Schluss, dessen Eindruck der Verfasser wohl nicht durch Hinzufügung erneuter Auslassungen beeinträchtigen wollte. Ebo wendet sich an *'omnes fideles vel amici Dei et maxime carissimi mei'*, unter denen die Geistlichen der Reimser Kirche in erster Linie zu verstehen sein werden: ihnen will er sein Verhalten darlegen und in ein möglichst günstiges Licht rücken, nicht ungeschickt den Ton gekränkter Unschuld mit dem demüthiger Ergebung in sein Schicksal verbindend. Er will beweisen, dass seine Absetzung uncanonisch, weil sein Schuldbekenntnis ihm abgenöthigt worden sei und überdies ihn nicht eines ausdrücklich namhaft gemachten Vergehens bezichtige; seine Wiedereinsetzung durch Kaiser und Synode sei darum rechtmässig; ihr hätten auch die Suffragane beigestimmt.

Zur inneren Einheit kommt ein weiteres Moment, die Verwendung nämlich gleicher Bibelstellen im ersten und zweiten Theil (Psalm. 50, 19. Luc. 15, 10. Johann. 8, 7. Luc. 18, 14), einer und derselben (Matth. 5, 24) in allen drei Abschnitten: sie führt zur Frage nach dem Werth der beiden am Schluss mitgetheilten Aktenstücke.

Ich gehe von der Urkunde Lothars I. aus, für deren Datierung und Formulierung auf Mühlbachers² Ausführungen verwiesen werden darf. Nach diesen bringt die Datierung die Pläne der Partei Lothars zum Ausdruck, ist sie ein Bestandtheil des Protokolls der Bischöfe, das auch dem Texte der Urkunde und ihren Unterschriften zu Grunde liegt und dem nur durch Voranstellung der Invocation und des Kaisertitels der Charakter eines kaiserlichen Aktes gegeben worden ist. In gleicher Weise bezeichnet Mühlbacher das Datum als auffallend, glaubt es aber durch Annahme einer willkürlichen Zurückdatierung ausreichend erklären zu können. Zwei weitere Momente sprechen für die Echtheit: einmal die Ueberlieferung in der Hs. Laon

1) Vgl. Schrörs, a. a. O. 35 sqq. 2) Wiener Sitzungsberichte 85 (1877), 507 sqq.

407 saec. IX. ex. fol. 160' als Bestandtheil der Akten der Synode von Troyes (867), die in ihrem Schreiben an Nikolaus I. ihrer ausdrücklich gedenkt¹; sodann die Aufnahme in das Geschichtswerk des Flodoard von Reims, dessen Glaubwürdigkeit keinem Zweifel unterliegt.

Gleichwohl bleiben einige Bedenken, die hier nicht verschwiegen werden sollen. Ein erstes betrifft das Vorkommen derselben Bibelstellen in der Urkunde wie im ersten Theile der Schrift Ebo's. Für sich allein ist es freilich nicht ausreichend, um das Diplom zu verdächtigen: könnte man doch einwenden, Ebo habe die hier verworthen Citate in sein Apologeticum hinübergenommen. Auch auf das Auftreten gleicher oder doch ähnlicher sprachlicher Wendungen ('humilis satisfactio' fol. 118'; 'repetentium multitudo' fol. 119', vgl. 'humili satisfactione expleta' und 'repetentibus ecclesiae filii' in der Urkunde) ist kein entscheidendes Gewicht zu legen, weit eher auf die eigenthümliche Verwendung des Nominativus absolutus ('publicata haec eadem delicta' fol. 119', vgl. 'successor factus patris' in der Urkunde)². Schwerwiegender als all dies ist, dass es von Ebo heisst, er werde wieder eingesetzt, 'ut pristino sanctae largitatis pallio indutus concordiam atque gratiam divini officii nobiscum humili satisfactione expleta solemni nostra a largitate recipiendo exerceas'. Selbst wenn man 'indutus' als Participium futuri exacti auffasst ('wenn Du bekleidet sein wirst'), bleibt die Vornahme späterer Wünsche Ebo's, die ihn im Jahre 844 vergeblich nach Rom führten³, in einer Urkunde des Jahres 840 merkwürdig, — um nicht zu sagen unerklärbar.

Wie immer man sich entscheiden wird, kein Zweifel, dass die Urkunde Lothars, wie sie Sirmonds Abschrift überliefert, interpoliert ist, und zwar in der Liste der Unterschriften, deren Reihenfolge überdies und Namensformen andere sind als in den übrigen Quellen des Textes. Die Interpolation knüpft sich an den Namen Drogo's von Metz. Auffallend und ungewöhnlich ist die Angabe der verwandtschaftlichen Beziehungen dieses Bischofs zu Karl d. Gr. und Ludwig d. Fr., viel mehr noch sein Titel als eines 'palatinus archipraesul totius sanctae ecclesiae'. Man wird in ihm nicht die Umschreibung der Würde eines päpstlichen Vicars erblicken, die ihm durch Sergius II. zu Theil

1) Bouquet VI, 590. 2) Auch das erste Gedicht Ebo's, MG. Poet. II, 93, beginnt mit einem Nomin. absol. 3) Vgl. Schrörs, a. a. O. 35.

wurde¹, — wir sahen, dass die Entstehung der Schrift in das Jahr 842 zu setzen ist, — sondern einen Hinweis darauf, dass man in Lothars Umgebung (und zu ihr gehörte Ebo) sich schon um diese Zeit mit dem Gedanken trug, dem Bischof von Metz die ihm später ertheilte Stellung zu verschaffen². Nur Ebo aber ist der Verfasser der Interpolation: zum Schlusse begegnet die gleiche Bibelstelle wie im ersten Theile der Schrift; hier wie dort finden sich die gleichen sprachlichen Wendungen³; hier wie dort wird Ebos Absetzung mit der nämlichen Begründung als uncanonisch bezeichnet⁴.

Eben dies biblische Citat kehrt im dritten Theile wieder: auch er ist eine Fälschung Ebo's. Schon im Jahre 853, auf der zweiten Synode zu Soissons, wurde das Aktenstück als unecht bezeichnet⁵; in der Verwendung desselben Bibelwortes und einander ähnlicher sprachlicher Ausdrücke⁶ stellt sich ein neues, inneres Kriterium der Unechtheit ein.

Die bisherigen Ausführungen liessen, um die Untersuchung übersichtlicher zu gestalten, ausser Acht, dass der durch Sirmonds Abschrift erhaltene Text (= S) nicht der einzige ist, der das Apologeticum Ebo's überliefert. Zwei weitere kommen hinzu, der zuerst von L. d'Achéry (1666)⁷ aus der Hs. Rom⁸, Vat. Pal. 576 saec. IX. ex. fol. 13' veröffentlichte (= A) und derjenige Maders (1670)⁹

1) Jaffé-E. I² n. 2586; vgl. Dümmler, Gesch. d. ostfränk. Reichs I², 252. — Den Titel 'archipraesul palatinus' kennt die karolingische Aemternomenklatur nicht, vgl. die Register bei Waitz, Verfassungsgeschichte IV oder in MG. Cap. II. 'Archipraesul' fand ich nur in den Versen auf den Erzbischof Wulfstan von York († 956), MG. Epp. IV, 9 Zeile 43. 2) Ich gebe zu, diese Erklärung ist künstlich und nur ein Nothbehelf. Um Drogo's Titel zu erklären, könnte man auch annehmen, Ebo habe aus seiner früheren Vertheidigungsschrift (s. u.) die zeitlichen Angaben beibehalten (vgl. d'Achéry, Spicil. VII, 181 Zeile 3), die Interpolation aber erst nach Drogo's Ernennung zum päpstlichen Vikar eingefügt. Beide Deutungen werden wenig befriedigen: mit positiver Bestimmtheit vermag ich mich für keine zu entscheiden. 3) Vgl. 'in pressuris' (fol. 119), 'variis pressuris' (fol. 119'), 'talibus in pressuris' (fol. 120) mit 'mundanis a pressuris eductum'; 'pro concordia et reconciliatione fraterna' (fol. 119) mit 'fraterna pro concordia'; 'repetentium multitudo' (fol. 119') mit 'repetentibus ecclesiae suae fidelibus', letzteres ähnlich auch in der Urkunde Lothars. 4) Ebo erklärt seine Absetzung für ungültig, da die Verzichtsurkunde kein 'certum crimen' namhaft mache (fol. 119'), und Drogo erklärt, kein Bischof sei 'sine certo crimine' absetzbar. 5) Vgl. Sirmond, Conc. Galliae II, 85. 6) Vgl. 'mitigata ira potentium' (fol. 120) mit 'commotiones principum mitigaret'; 'compulit me ad talia evadendi necessaria argumenta' (fol. 119') mit 'periculum suae instantis damnationis evaderet'. 7) L. d'Achéry, Vett. script. spicilegium VII (4^o), 175 und oft wiederholt. 8) Vgl. Archiv XII, 337. Codd. Palatini bibl. Vaticanae I, 190. 9) J. J. Mader, M. Adami scriptoris vetusti historia ecclesiastica 236.

aus der Hs. Wolfenbüttel¹, Helmst. 32 saec. XI. in. fol. 190 (= M).

Wie verhalten sich diese drei Texte zu einander? A zerfällt in drei Theile, die am besten mit K. Hampe's Worten² charakterisiert werden. 'A I (a. a. O. 175—176, 5) enthält einen kurzen einleitenden Bericht über die Restitution Ebo's zu Ingelheim und seine Rückkehr nach Reims; A II (176, 6 — 177, 4) eine Zustimmungserklärung seiner Suffraganbischöfe in Form einer Urkunde mit acht Unterschriften; A III (177, 5 — 183, 12) die eigentliche Rechtfertigungsschrift Ebo's'. Abgesehen nun von orthographischen Verschiedenheiten und der Auslassung von A I 175, 1—175, 25 bringt M denselben Text, freilich in der Art, dass mehrfach Verschiebungen stattgefunden haben. M ist nämlich gleich A III 177, 6—181, 26. I 175, 25—176, 5. II 176, 6—177, 4. III 181, 26—183, 12, d. h. ein Theil der eigentlichen Rechtfertigungsschrift bildet den Anfang, daran schliessen sich die zweite Hälfte des Berichts über Ebo's Wiedereinsetzung, die Urkunde der Suffragane, der Rest des Apologeticum schliesst das Ganze ab. Diese Anordnung trennt Zusammengehöriges und schaltet an unpassender Stelle Stücke ein, die anderswo am Platze sind; sie lässt einen Abschnitt fort, der erforderlich ist, um das Folgende zu verstehen. Nach allem kann M nicht den vom Verfasser selbst beabsichtigten Text darbieten; für die unmögliche Disposition wird man nur die Gedankenlosigkeit des Schreibers oder die schon in seine Quelle eingerissene Verwirrung verantwortlich machen dürfen³.

Den Texten A und M gegenüber bietet S eine durchaus originale Fassung des Apologeticum. Zunächst hinsichtlich der Anordnung: an die Spitze ist Ebo's Vertheidigung getreten, die ausdrücklich auf die Aktenstücke des Schlusses hinweist; A stellt seine Abschnitte unmittelbar nebeneinander. Original ist ferner die stilistische Formulierung: wohl kehren in S zahlreiche Ausdrücke und ganze Satztheile von A und M wieder⁴, werden hier wie dort die

1) Vgl. O. von Heinemann, Die Hss. der herzogl. Bibl. zu Wolfenbüttel I, 1, 22. Herr Dr. Levison hatte die Güte, für mich eine genaue Collation anzufertigen. 2) N. A. XXIII, 182. 3) Gegen diese Aufstellung kann meines Erachtens nicht der Umstand verwerthet werden, dass der Codex ursprünglich in die Diöcese Hildesheim, also an Ebo's späteren Sitz, gehörte und in ihm der echte Brief Paschalis' I. an Ebo überliefert ist, vgl. MG. Epp. V, 68. 4) Eine vollständige Liste dieser Uebereinstimmungen würde zu viel Raum beanspruchen; sie wurde daher fortgelassen.

nämlichen Bibelstellen angeführt, — aber die Fassung des Ganzen ist doch von der in A und M durchaus verschieden. Dazu kommen Discrepanzen in der Mittheilung der Aktenstücke: S bietet Lothars Urkunde in ihrem vollen und, wie wir sahen, interpolierten Wortlaut, A begnügt sich mit einem Auszug, dem die interpolierte Form bereits vorgelegen zu haben scheint, da hier Drogo 'archipalatinus praesul' mit geringer Abweichung von 'palatinus archipraesul' in S genannt wird; S, A und M bringen gemeinsam Ebo's Verzichtserklärung und die Urkunde der Reimser Suffragane, letztere freilich nicht im gleichen Wortlaut und mit erheblichen Abweichungen in der Liste der Unterzeichner¹.

Nur ein Weg der Erklärung ist möglich: Ebo selbst hat sein Apologeticum in zwei Recensionen veröffentlicht; A und M sind als die Repräsentanten der älteren, S als ein solcher der jüngeren anzusehen; A und M nehmen nur eine Fälschung auf, die Urkunde der Bischöfe; in S giebt ihr Ebo eine neue Gestalt und, dreister geworden, macht er den ganzen Wortlaut der interpolierten Kaiserurkunde bekannt. Wer in A und M Zeugnisse der schriftstellerischen Thätigkeit Ebo's erblickt, — Hampe bemerkt mit Recht², man könnte an eine spätere Fälschung seiner Anhänger denken, diese Annahme entbehre jedoch jedes Anhaltes³ — wird auch S dafür ansehen müssen. Trotz aller Verschiedenheiten zeigt S in jeder Zeile den gleichen Ursprung wie A und M. Beide Recensionen sind von den gleichen Grundgedanken beherrscht, beide verfolgen die gleiche Absicht, 'eine Art von Proclamation an die niedrige Geistlichkeit und die Gläubigen des Reimser Sprengels' zu sein⁴. Nicht immer ist bei einander ähnlichen Schriften derjenige, der es unternimmt, die Identität ihrer Urheber festzustellen, in gleich günstiger Lage: wer S als die Arbeit eines Unbekannten bezeichnen will, kann sein Verhältniß zu A und M nur durch eine wesentlich verwickeltere Formel wiedergeben. Das Einfache ist auch hier das Natürlichere und das Richtige.

1) Die Urkunde der Bischöfe in der Fassung A findet sich auch in der *Narratio clericorum Remensium* bei Duchesne, *Hist. Franc. script.* II, 342 (die Ausgabe stützt sich auf Cod. Paris. lat. 12710 saec. XII. fol. 5'). A hat acht, S und M neun Unterschriften; A und M geben die Sitze der Unterzeichner an, S nicht. 2) A. a. O. XXIII, 186 N. 2. 3) G. Lurz, Ueber die Heimath Pseudosidors *Münchener hist. Abhandlungen*, herausg. von Grauert und Heigel XII. 1898), 78 zweifelt an Ebo's Urheberschaft des Apologeticum. Seinen Zweifel hat er nicht begründet, und ich kann ihm in seiner Skepsis nicht folgen. 4) Schrörs, a. a. O. 34.

Findet dies Zustimmung, so erweitert sich mit dem Kreis der Schriften Ebo's auch der seiner Fälschungen, für die es genügt, auf Hampe's Aufsatz zu verweisen. Er verfertigt die Urkunde der Bischöfe und interpoliert die Urkunde Lothars. Noch ein Beweismoment für letzteres sei hier angefügt. Drogo weiss, so lässt ihn Ebo sagen, 'sine certo et manifesto crimine neminem nisi canonicè vocatum publiceque convictum deponendum episcopum neque sine consensu et praesentia ecclesiae suae nullum nisi sponte confessum licite absolvendum episcopum, alioquin quasi fugitivum aut quocumque modo subductum canonicè revocandum (esse)'. Gregor IV. hingegen erklärt in dem von Ebo gefälschten Briefe¹, er habe erfahren, 'quod (Ebo) nec canonicè vocatus, sed violenter ab ecclesia raptus diversaque exilia passus, arta quoque sub custodia trusus, nullo certo crimine convictus nec sponte confessus, quia absente ecclesia sua alterius sub potestate erat constrictus et sic a mundana potentia vobis adductus est discutiendus vel deponendus'. Die Uebereinstimmung ist so vollständig, dass nur von einem Manne Fälschung, Interpolation und damit die ganze Schrift ausgegangen sein können, von Ebo von Reims².

1) MG. Epp. V, 82. 2) Ich gehe hier nicht auf die Beziehungen zu Pseudoisidor ein, da ich Hampe, a. a. O. XXIII, 190, abschreiben müsste. Nachzutragen wäre zu den dort angeführten Stellen die eigenthümliche Formulierung der Uebergänge, vgl. z. B. MG. Epp. V, 84: *His etenim multiplicibusque aliis veteris ac novi testamenti documentis instructi*; A 175: *His etenim manifestis cognitis periculis*; 178: *Quibus multimodis patrum animatus exemplis*; 182: *Tam manifestis novi ac veteris testamenti divinis nobis ostensis beneficiis*; S fol. 118: *His siquidem aliisque institutionibus neglectis*; ibid.: *Consideratis denique his formidolosissimis offensionibus divinis*; fol. 119: *Talibus quidem divinis animatus beneficiis*. Pseudoisidor ed. Hinschius 97: *His et aliis fulti quam plurimis dominicis praeceptis*; 99: *His ergo et aliis instructi documentis*, — zwei Stellen aus dem Brief Alexanders, in dem sich (Hinschius 98) der Satz findet 'Confessio . . . non compulsa, sed spontanea fieri debet'; vgl. auch F. Goecke, *De exceptione spoli*, Diss. Berlin 1858, 52 sq.
